

recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam
in nomine prophete. mercedem prophete accipiet. Et
qui recipit iustum in nomine iusti. mercedem iusti accipiet.
Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis ca-
licem aque frigide tantum in nomine discipuli. amen
dico uobis. non perdet mercedem suam.

7.
m. xviii.
x
sol

7.
m. c.
x
m. xviii.

7.
m. c.
x
sol

7.
m. c.
x
l. lxxviii.

Et factum est cum consummasset ihc. precipiens duodecim
discipulis suis. transiit inde ut doceret. & predicaret
in ciuitatibus eorum. Iohannes autem cum audisset
miraculis opera xpi. mittens duos de discipulis suis ait
illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Et
respondens ihc. ait illi. Euntes renuntiate iohanni.
que audistis & uidistis. Cæci uident. claudiambu-
lant. leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui re-
surgunt. pauperes euangelizantur. Et beatus est
qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeunti-
bus. cepit ihc. dicere ad turbas de iohanne. Quid ex-
istis in desertum uidere harundinem uento agitatam?
Sed quid existis uidere hominem mollibus uestitum?
Ecce qui mollibus uestiuntur. in domibus regum sunt.
Sed quid existis uidere prophetam? Etiam dico uobis.
& plusquam prophetam.

7.
m. ciii.
x
m. i.
l. lxxv.

Hic est enim. de quo dictum est. Ecce mitto angelum

ecce quidā de custodib; uenerunt in ciuitatē. & nummaue-
runt principib; sacerdotū omnia que facta fuerant.
Et congregati cum seniorib; consilio accepto. pecuniam
copiosam dederunt militib; dicentes. Dicite quia disci-
puli eius nocte uenerunt. & furati sunt cum nobis dormi-
entib; Et si hoc auditū fuerit a presi de. nos suadebimus
ei. & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia. fece-
runt sicut erant docti. Et diuulgatū est uerbum istud
apud iudeos. usq; in hodiernum diem.

Vndecim autem discipuli abierunt in galileam. in mon-
tem ubi constituit illis ihc. Et uidentes eum adoraue-
runt. quidam autem dubitauerunt. Et accedens ihc.
locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas. in celo
& in terra. Euntēs ergo docete omēs gentes. baptizantes in
nomine patris. & filii. & sps scī. docentes eos seruare om-
nia quęcumq; mandauī uobis. Et ecce ego uobiscū sum
omnibus diebus. usq; ad consummationem seculi. Incipit

Marcus euangelista dī & petri in baptis Prologus.
mate; filius atq; in diuino sermone discipulus; Sacerdotiū
iussu agens. secundū carnē leuita. conuersus ad fidē xpī.
euangeliiū in italia scripsit; Ostendens in eo quid & genere suo
deberet & xpō. Nam unciū principis in uoce prophēcie excla-
mationis instituens. ordinē leuiticę electionis ostendit; Vt pre